

## EPISTOLA

rum salutem ab absoluto quopiam, omnesq; causas antegrediente decreto suspendendam esse.

Articulus Decimus Calvinianis fudes est in oculis: Quare etiam Prototypi abrogatâ puritate: sub mutata Confessionis cothurno, asylum & latibulum anxie quærunt.

Articulus Duodecimus damnat eos, qui negant, semel justificados posse amittere Spiritum sanctum. At verò hoc ipsum communiter negant omnes in universum Calviniani: contendentes, Fidem semel Renatorum, per atrocissima etiam, & contra conscientiam designata scelera atque flagitia, non extinguere: sed illam quasi sub cineribus sopitam manere, ac postea à Spiritu sancto veluti flabello quodam excitari & accendi.

Articulus Decimus tertius damnat eos, qui statuunt, Fidem in usu Sacramentorum non requiri: At verò hoc ipsum docent & propugnant Calviniani, contendentes, infantes quantumvis baptizatos propria fide destitui.

Arti-